



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniæ, 1526

VD16 E 3030

73 Ad quid definitionem suam adhibuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34433

73 Ac primū ab ipsa definitione recte facie-
mus initiū, Qua sic definis liberę arb. Porro lib. ar-
bi. hoc loco sentimus, uim hūanę uolūtatis, qua se
possit homo applicare ad ea, q̄ pducunt ad æter-
nā salutē, aut ab ipsdē auertere. Prudēter sane defi-
nitio a te nuda ponitur, nec ulla eius particula (ut
mos est aliorū) declarat, qđ naufragiū nō unū for-
te ueritus sis, Cogor, itaq; ego singulas discutere.
Ipsū certe definitū, si rigide examine, latius pa-
ter q̄ definitio, qualē definitionē Sophistę uicios-
sam dicerēt, q̄ies uidelicet definitio nō explet de-
finitū, Nā superius ostēdimus, lib. arb. nemini, nā
si soli deo cōuenire, Arbitriū fortassis homini aliq̄
qđ recte tribueris, sed liberę tribuere in reb; diu-
nis, nimitū est, Q; liberi arb. uox, oim auriū iudi-
cio proprie id dicit, qđ p̄t & facit erga deū, quecū-
q; libuerit, nulla lege, nullo impio cohibiti, Neq;
em̄ seruū dixeris liberę, q̄ sub impio dñi agit, quā-
to minus hominē uel angelū recte liberę dicimus
q̄ sub impio plenissimo dei (ut peccatū & mortē
taceā) sic degunt, ut ne momēto cōsistere suis uir-
tibus possint. Igit̄ hic statim in foribus pugnat̄ defi-
nitio qđ nominis, & definitio qđ rei, qđ uox aliud
significat & aliud re ipsa sentit. Rectius uero Ver-
ribile arbitriū uel mutabile arbitriū dicerēt, Nam
sic Augustin⁹ & post eū sophistę, gloriā & uirtutē
istius uocis (Liberę) extenuāt, a dicto illo detrimē-
to, qđ uertibilitatē liberi arb. dicūt, Atq; ita dece-
ret nos loqui, ne inflatis & inaniter fastuosis uoca-
bulis, corda hominū luderemus, ut & Augustin⁹
sentit, Nos ad certam regulam, sobrijs & proprijs
uerbis debere loqui, In docēdo em̄ simplicitas &
pprietas

proprietas dialectica requiritur, non autem ampullae & figurae rhetoricae persuasionis, Sed ne uerbi pugna delectari uideamur, donemus interim id abusu, licet magno & periculoso, ut idem sit liberum arbitrium, quod uertibile arbitrium. Donemus & illud Erasmo, quod liberum arbitrium uim facit humanae uoluntatis, ac si angelorum non sit liberum arbitrium, quod hoc libello solus de hominum liberum arbitrium agere instituit, alioqui & in hac parte definitio fuerat arctior quam definitum.

74 Ad eas partes ueniamus, in quibus res carido uertitur, quarum aliquae satis aperte sunt, aliae lucem fugiunt, uelut sibi conscientiae nihil non metuunt, cum nihil definitione aptius & certius aedi debeat, obscure enim definire. p. inde est ac nihil definire. Aperte sunt ille, Vis humanae uoluntatis, item, Qua se potest homo, item, Ad aeternam salutem, Sed Andabatae sunt iste. Applicare, Item, ad ea quae producant, item, Auerrere, Quid igitur esse diuinabimus, illud applicare, item illud auerrere? Item, quod sunt illa, quae ad aeternam salutem producant? Quo se proripiunt illa? Mihi, ut uideo, cum uero Scotto aut Heraclito res est, ut duplici labore fatiger, primum, ut aduersarium in foueis & tenebris (quod facimus & audax & periculosum est) palpitas & tentans querites, ac nisi inuenero, frustra & cum laruis pugnet aeraque in tenebris uerberet. Deinde si produxero, in lucem tu demum iam querendo fessus, a quo Marte manus consera. Vim igitur uoluntatis humanae dici, credo, potentiam uel facultatem uel habilitatem uel aptitudinem uolendi, nolendi, eligendi, continendi, approbadi, res futadi & si quae sunt aliae uoluntatis actiones, Iam quod sit eadem uim sese applicare & auerrere, non uideo, nisi si ipsum uelle & nolle eligere, continere, probare, res futare,